



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Iudicium Philippi Melanthonis De Controversia Coenae  
Domini**

**Melanchthon, Philipp**

**Ratisponae, 1560**

**VD16 M 3533**

Scholia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29449**

## TEXTVS.

**S**ed hanc veram & simplicem doctrinam de fructu, no  
minant quidam (D) cothurnos: Et postulant dici, an  
sit corpus (E) in pane, aut specieb. panis: Quasi vero Sa-  
cramentum propter (F) panem, & illam Papisticam ado-  
rationem institutum sit. Postea fingunt quomodo in-  
cludant (G) pani: Alij conuerzionem, alij transsubsttan-  
tionem, aliij (H) ubiquitatem excogitarunt. Hæc (I)  
portentosa omnia ignota sunt eruditæ vetustati.

## S C H O L I A.

(D) **COTHVRNOS**) Vere cothurnos, q̄ vtriq;  
parti in hac parte cōgruunt, de præsentia personæ Chri-  
sti, Dei & hominis, efficacis per verbum, Sacraenta &  
fidem: Peiores cothurnis, q̄ planè comparati sunt ad de-  
cipiendum, in altera parte, de præsentia ipsius etiam veri  
corporis efficacis in Cœna, siue per Cœnam.

(E) **CORPVIS IN PANE**) Quin panem ip-  
sum esse corpus Christi, secundum verba Christi: Hoc  
est corpus meum: Species panis nihil ad nos.

(F) **PROPTER PANEM**) Iterum dico: Non  
propter panem, sed cū pane, in pane, propter hominem.

(G) **QVOMODO INCLVDANT PANI**)  
Faceant hīc qui nugas tractant: Ab alijs absint petu-  
lantes calumniæ. Nos simplici fide verbis Christi acqui-  
escimus: Et vt rumpantur Cingiani, corpus Christi non  
solum cum pane, in pane, sub pane, sed panem ipsum esse  
Christi corpus, prædicatione identica, (salua vtriusq;  
substantia) cum Christo & Paulo planè adserimus. Mo-

dum ut in alijs similib. fidei prædicationib. nec inuestigamus, nec inuestigandum esse dicimus: Ne Capernatrum Cinglianorum, & Hæreticorum similes fiamus, ridentium cum Cinglianis: Quomodo hic potest suam nobis carnem manducandam dare? Quomodo etiam potest Pater, Filius & Spiritus S. unus esse Deus? Deus & homo unus esse Christus? &c.

(H) VBIQVITATEM) Aliud est corpus Christi vbiq; esse in Cœna, aliud est extra Cœnam esse vbiq;.

(I) PORTENTOSA) Bona verba, Ir heili-  
ligen leute/seid dem armen Schächer Christo  
gnedig/ nec portenta facite, quæ vos ex verbis eius hîc  
planè intelligitis.

## TEXTVS.

**N**Egat Heshusius se adsentiri (K) Origeni, qui nomi-  
nat panē & vinū σύμβολα τὸ σώματος καὶ αἷματος.  
Reiicit contumeliose Clementem Alexandrinum: Pro-  
nunciabit eodem modo de Augustino, Ambrosio, Pro-  
spero, Dionysio, Tertulliano, Beda, Basilio, Nazianze-  
no, qui nominat ἀντίτυπον σῶμα: Theodoreto, qui ait de  
pane φύσιν μεταξέσλησ.

## SCHOLIA.

(K) ORIGENI.) Adducit phalangem anti-  
quis. & eruditissimorum Patrum, quos pro se citat, &  
verba quædam annotat. Quid si autem illis, vti  
Paulo,